

APPENDIX: Latin text of the Ernetti *Thyestes* Fragment

Chorus

Dic, age, Musa lenis,
meumque praelude cantum;
levi tui nemoris aura concipiat mens mea furorem
ut laudes, Apollini dicam, plebem tuque Rumuleam
aspice hoc sublime candens quem invocant omnes Iovem. (1)

[?]tius

Aurea cithara

Apollinis decus compositoque crine Musarum,
Te saltatores audiunt daturi choreas,
Te cantores sequuntur cum tacta hymnos praeludis,
Quae aeternos acuti ignes extinguis,
et me Apollo ipse delectat duotat Delphicus, (2)
ibique quid agat secum cogitat curat putat. (3)

Chorus

Aurea cithara, decus Apollinis atque Musarum,
excute chordas et nostros hymnos praelude:
impetram facile ab animo meo ut cernat vitale brabium. (4)

Thesprotus

Tua species aequabitur vitae:
nimiae ne te gravent curae; brevis vita:
omnia dilapsa absumentur.

Thyestes

Fortuna secunda non durat mortalibus,

quae in saeva ruit oppugnante deo mala,
velut cum navis abruptis velis
male fidi in fluctus mergitur maris.

Tantalo prognatus Pelope natus qui quondam a socru
Genomao rege Hippodameam rapis nactus nuptiis,
Nolite hospites ad me adire, ilico istic!
ne contagio mea bonis umbrave obsit.

Meo tanta vis sceleris in corpore haeret! (5)

Eheu mea fortuna ut omnia in me conglomeras mala! (6)

Pol mihi fortune magis nunc defit quam genus;

Namque regnum suppetebat mi, ut scias quanto e loco,

Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat! (7)

Chorus

Hunc conscendite clivum Parnassium
Longe prospicientum iemino iugo
Vestrumque movete cantum, Pierides,
Quae niveas incolitis rupes Heliconias,
Pythiumque dicite decorem pharetra et aurea caesarie,
Phoebum lyrae potentem quem edidit Latona mater
Ad inclutam paludem glauca innixa oliva.

Quintus

Totusque polus arrisit infremuitque aether cursum vent
et magnus complexus Oceanus terras
timidam continuit iram Nerei.

Thesprotus

Tunc deus insula Cynthia relicta
ad inclitam venit Cereris primae
parentem Atticam in collem Tritonida.

Chorus

Et dulce resonabat libycus aulus,
una simul echo incola montium canebat:
Phoebe, paeana Phoebo, io Phoebe!

Thyestes

Exultavit ille gaudio
immortale sentiens patris consilium.
Quo ex antiquis circa temporibus paeana dicimus
omnesque aborigenae (8)
quotque vates incolunt urbam Cecropiam
quos Bacchus thyrsu suo tetigit.

Plebanus

Age, cortinas potens,
ignito curru, agente numine, adesto, animos inflans.

Chorus

Quidnam est obsecro quod te adiri abnutas? (9)
Dumque moves gradum cincinnes purpurea hedera nexus
immanis terra nata fit obvia.
At tu Latonia dulce aspiciens
sagittis filium Geae sibilantis caedisti.

Thyestes

Et tu terrae umbilicum servabas cum barbarum catervas
temerato tuo templo tempestate periere atque nive.
Et nunc Phoebe aeternam urbem arcemque dis dicatam servate
tuque diva, potens sagittarum Cretensium et celeberrima mur
huius urbis incolas eorumque prolem tutato;

unaque Bacchi ministris volentes adsitis
reique Romanae bello feroci
tantisque auctae victoriis faveatis.

Euripilus

Deus non audit: nulla precantibus praesto clementia!

Menelaus

Parnasiae virgines fulgentibus comis
Venustoque pectore inlectum
a miseria averterunt mortalibus.

Chorus

O Musae, summo Iove natae,
sinite Phoebum miseros mortales exaudiat;
quibus iniucundus ehu avolat dies aterque
cum semper vobis sint divini immortalium amplexus,
collustretque fulgore suo Phoebus
flagrentque voluptate ac cupidines.

Euripilus

Deus non audit: nulla precantibus praesto clementia!

Menelaus

Fulgentia Musarum lumina
eburneo femora brachiisque lacteolis
turgidisque velut Helladis montes pectoribus
roseisque labellis inlectum voluptate perfusum
fascinatamque habent Apollinem
ut iam nequeat vota exaudire mortalium.

Thyestes

Nemesis ales, per quam unam stat orbis,
glauco diva lumine genita Dite
quae superbo silentio compescis arcesque letum,
efferos violentosque perosa,
sub cuius curru sors volvitur invidiosa et atra mortalium,
benignam praebeas miseris aurem, perque te Apollo
votis precibusque susceptis
iam nobis felix affulgeat.

Plebanus

Excelsi summique o Musae Parnassi,
a votis nostris Phoebum ne demoveritus,
incluti Iovis filiae castae virgines.

Thyestes

Naufragio pereat Atreus!
Ipse summis saxis fixus asperis evisceratus,
latere pendens saxa spargens
tabo sanie et sanguine atro,
neque sepulcrum quo recipiat habeat portum corporis
ubi remissa humana vita corpus requiescat malia: (10)
ipse namque ne Phoebus adsit et praesto causa est!

Thesprotus

Eho tu di quibus est potestas motus superum atque inferum
pacem inter sese conciliant conferunt concordiam (11)
dentque fines Romanae immensos genti per orbem
singulis tutam optatam per annum fortunam benignam.

Alme pater aurorae, niveo cilio,
roseum qui regis volucrum currum equorum,
flavaque recreas coma mortales
perque immensa poli spatia
innumeris relucetibus radiis affulges lucidumque orbem
terram circumagis tuarum fluenta flammaram
amabilem generant diem. Per te silentum siderum chorus
dominum comitatur Olympum ducens choreas dulceque concinens
cava laetus Phoebi testudine
tibiaque serena avenaque canora.
Selens glauca anteit numero cento niveis vecta iuencis;
per te mens exultat benigna
dum ambis immensa poli spatia collustrans mentes mortalium:
volens adsis iis qui gentem moderantur Rumuleam.

NOTES

- 1) Probus, Ad Verg., Ecl., VI, 31
- 2) Nonius, 97, 29.
- 3) Nonius, 369, 29.
- 4) Nonius, 261,13
- 5) Cicero, Tusc., III, II, 25, Thyestes.
- 6) Nonius, 90, 13, Thyestes.
- 7) Cicero, Tusc., III,19, 44.
- 8) Si deve leggere "omnesque ab origine"?
- 9) Cicero, De orat., III, 41, 164, Chorus.
- 10) Cicero, Tusc., I, 44, 107
- 11) Cicero, Rhet. ad Herenn., II, 25, 39, Thesprotas.